

Liberius natione romanus ex patre augusto ANUS
sedit annos X. menses VII. dies III. Fuit tempore
Constantii. a quo in exilium missus. et post annos
III. revocatus. sepultus est in cimiterio priscillae. Jovinianus
Hic ornavit sepulchrum sanctae Agnes marmo-
ribus.

Felix Secundus natione romanus. ex patre
anastasio. sedit annum 1. menses III. dies II. Fuit
tempore Constantii. a quo et capite plectitur.
quia eum indicaret hereticum et ab eusebio
nicomedienese rebaptizatum. et sepultus est in ba-
silica quam ipse presbiter construxerat via au-
relia secundo ab urbe miliario.

Damasus. natione hispanus patre antonio Valenti
sedit annos. XVIII. menses II. dies X. Fuit tem-
pore valentiniani. et sepultus est via ardeati-
na in basilica sua iuxta matrem et germanam
suam. Hic fecit basilicam in catacumbis ubi
iacuerunt corpora apostolorum et ut psalmi
per omnes ecclesias die noctuque canerentur Valens

Liricus. natione romanus. ex patre tyburcio. Gratianus
sedit annos XII. menses XI. dies XXV. Fuit tem-
pore theodosii. et sepultus est in cimiterio priscillae. cum fratre
Hic constituit. manichaeum redeuntem ad ec-
clesiam non communicare nisi tantum ad
mortem. ita tamen si religione monasterii dies
vitae suae teneantur. et hereticum sub manus
impositione recipi praesente cuncta ecclesia.
et ut presbiter non celebraret missam in civita-
te nisi consecrata ab episcopo ipsius loci obla-
tam acciperet per singulas ebdomadas quod Theodius
fermentum nominatur.

Anastasius natione romanus ex patre maximo. cum
sedit annos II. menses III. dies XXVII. et sepul-
tus est in cimiterio suo ad ursum pileatum. utrisque
Hic constituit quociens evangelia recitentur et
non sedere sed stare curvos. et transmarinum post

magni filius ad li-
berium papam.
Regnantibus con-
stantino et
constantem dum
romani nolent
sic eis obtem-
perare. sicut con-
stantino patre eo-
rum. scripserunt
eis quia nos non
oportet peregrinis
obedire sed peregrini
nobis. Apud nos
enim fundamentum
ecclesiae.

Wichterpus. Anus
tempore beatus Mag-
nus Augustam veni-
ens, in cenobio cum
beatæ asprae repper-
it et consilio et au-
xilio eius cenobium
construxit. Ex precepto
quoque praepati epi-
scopi omnem canoni-
cam vitam ad Iusta-
riam et ad Iustitiam
ordinavit. Pipinus
etiam rex memorato
antipatri et eius suc-
cessoribus auctoritatem
dedit in quodam
saltu, quem S. Mariae